

Besondere Prüfung 2010 - Latein als erste Fremdsprache

10. September 2010

Arbeitszeit: 120 Minuten

Wie wird man ein großer Feldherr ?

66 v. Chr. hält Cicero eine Rede, in der er dafür plädiert, Cn. Pompeius den militärischen Oberbefehl im Orient zu übertragen. Darin spricht er auch über Eigenschaften, die einen wirklich großen Feldherrn ausmachen und die er alle in Pompeius verwirklicht sieht.

1 Ego existimo in summo imperatore quattuor has res inesse oportere: scientiam rei
2 militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. Quis igitur hoc homine¹ scientior
3 umquam fuit?
4 Qui e ludo atque e pueritiae disciplinis bello maximo² ad patris exercitum atque in
5 militiae disciplinam profectus est; qui extrema pueritia³ miles in exercitu summi
6 fuit imperatoris⁴, ineunte adolescentia maximi ipse exercitus imperator; qui
7 saepius cum hoste confligit, quam quisquam cum inimico concertavit; cuius
8 adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis praeceptis, sed suis imperiis,
9 non offensionibus belli⁵, sed victoriis, non stipendiis⁶, sed triumphis est erudita.
10 Quod denique genus esse belli potest, in quo illum non exercuerit fortuna rei
11 publicae?
12 Neque enim illae sunt solae virtutes imperatoriae, quae vulgo existimantur, labor
13 in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo,
14 consilium in providendo; quae tanta sunt in hoc uno, quanta non fuerunt in
15 omnibus reliquis imperatoribus, quos aut vidimus aut audivimus.

[146 lat. Wörter]

-
- | | |
|-----------------------------------|---|
| 1) hoc homine | <i>damit ist Pompeius gemeint</i> |
| 2) bello maximo | <i>gemeint ist der Krieg Roms gegen seine italischen Bundesgenossen in den Jahren 89-88 v. Chr.</i> |
| 3) extrema pueritia (Abl.) | <i>am Ende der Kindheit (etwa im Alter von 16 Jahren)</i> |
| 4) summi ... imperatoris | <i>gemeint ist hier Sulla</i> |
| 5) offensio belli | <i>Niederlage im Krieg</i> |
| 6) stipendia,-orum | <i>hier: normale militärische Laufbahn</i> |

Nicht für den Prüfling bestimmt
Besondere Prüfung 2010 – Latein als erste Fremdsprache
10. September 2010
Arbeitszeit: 120 Minuten

Text: Cicero, De imp. Cn. Pompei, 28/29 (gekürzt und leicht adaptiert)

Bewertung: 7,0 - Fehlerschritt